HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh. Seite 68
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



sine sensu. Nolite ergo timere ea quae nec bene possunt facere. Nec
male. Solent enim pleriq: gentilium demones colere. Ne noceant
& alios exorare. ut prestent beneficia. Unde & illud uirgili
anum est nigrum hiemi. pecudem. zepheris felicib: albam. quid
quid dei dolis diximus ad omnia dogmata. Quae sunt contraria ue
ritati referri potest. & ipsi enim ingentia pollicentur. & simu
lacrum uani cultus de suo corde confingunt. lactant grandia. &
ad decipiendos simplices quosq: quasi aurib: sensib: & eloquiis argenti
splendore fulgentibus. Imperitorum obstringunt aciem. & a suis inuen
torib: sublimantur. In quib: nulla. e. utilitas. & Quorum cultura propriae
s. gentium. e. & eorum qui ignorant dm. Ps. Non. e. similis tui
s. dne magnus tu. & magnum nomen tuum in fortitudine. quis non ti
s. mebit te. O rex gentium. Tuum est enim decus inter cunctos sapi
s. entes gentium. & in uniuersis regnis eorum. nullus. e. similis tui.
s. Pariter sapientes & fatui probabuntur. doctrina uanitatis eorum.
s. Lignum. e. argentum inuolutum siue productum de tarsis adfertur.
s. & aurum de ofaz. opus astificis. & manus euarii. Iacinctus
& purpura indumentum eorum opus astificum siue sapientium uni
uersa haec. Dns autem ds uerus. e. Iste ds uiuens & rex sempiter
nus ab indignatione eius commouebitur terra. & non sustinebunt gen
s. tes comminationem eius. Haec in lxx non habentur. sed ex theodo
s. tionis aeditione in plerisq: addita sunt. & cum iuxta litteram
uideantur perspicua. Iuxta ΑΝΑΓΟΓΕΝ. magnam habent diffi
cultatem. Nullus enim similis. e. do uero eorum deorum qui
heretica aste finguntur. omnes timebunt eum qui rex gentium. e.
Principium enim sapientiae timor dni. & de eo proficimus ad carita
tem. Tuum est in quid decus. In ueritate decor. In mendatio turpi
tudo. Quamuis heretici iuxta sapientiam mundi. quae destrui
tur sibi sapientes. ee. uideantur. Tamen in omnibus regnis
quibus lacerant ecclesiam. Nullus. e. similis tui. Dicente
sermone diuino. Perdam sapientiam. sapientium.